

DIRECTORIUM OF-
FICII DE FESTO ANNUNCIA-
tionis B. Mariæ, quando ad feriam
II. post Dominicam in Albis
transfertur.

Ad IX. in Dominica; dicitur *hymnus. Anna.*

Emitte agnum. *Capit.*

Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus domini. *Rm. Audi filia. Oratio.* Deus qui de beatæ.

Ad Vesperas. Anna. Egredietur cum ceteris de laudibus, *Psalmi, omnia Laudate. Capit.*

Ecce virgo concipiet, & pariet filium. & vocabitur nomen eius Emmanuel; butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum. *Rm. Quomodo fiet. Hymn. Ave Maris stella. Ver. Ave Maria. Rm. Benedicta cum alleluia. Antiph. ad Mag. bis dicitur. Ingressus. Oario.* Deus qui de beatæ. *Commemoratio de Dominica.*

Ad Completorium. Hym. Virgo dei genitrix. Cap.

Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum. *Rm. In manus tuas. cum primo versu. Benedicta tu in. cum alleluia. Ad Nunc dim. Antiph. Speciosa. oratio. Gratiam tuam.*

Ad Matutinum. Invitatorium. Alleluia: ave Maria gratia plena: Dominus tecum alleluia ps. Venite. hymn. Quem terra. In nocturn. Antiph. Misus est Gabriel angelus ad Mariam virginem desponsatam Ioseph, alleluia. ps. Domine do.

PRECES.

minus noster. *āna.* Spiritus sanctus in te descendet Maria, ne timeas habebis in vtero filium Dei, alleluia. *ps.* Eructavit. *āna.* Ex quo facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exulavit in gaudio infans in vtero meo, allel. *ps.* Cantate. *Ver.* Egredietur virga de radice Iesse, alleluia. *Rm.* Et flos de radice eius ascendet, alleluia. *Lectio I.*

Secundum Lucam.

IN illo tempore; Missus est Gabriel angelus à Deo in ciuitatem Gallilææ, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & nomen virginis Maria. Et reliqua; Homilia S. Ambrosij episcopj:

Latent quidē diuina mysteria, nec facilē, iuxta propheticum dictum, quisquam hominū scire potest consiliū Dej: sed tamen ex cæteris factis, & præceptis domini Saluatoris possumus intelligere, & hoc propērioris fuisse cōsiliij, quod ea potissimū electa est, vt dominū páreret, quæ erat desponsata viro. Cur autem nō ante, quàm desponsaretur, impleta est? fortasse ne diceretur quod conceperat ex adulterio. *Rm.* Ingressus angelus ad Mariam ait; Aue Maria gratia plena, domin⁹ tecum. *Ver.* Benedic⁹ tu in mulieribus. & benedi⁹ fruct⁹ ventris tui. *Auc.*

Lectio. II.

ET ingressus ad eam angelus. Disce virginem moribus, disce virginem oraculo, disce mysterio. Trepidare, virginum est, & ad omnes viri ingressus pauēre, omnes viri affatus verēri. Discant mulieres propositum pudoris imitari. Sola

PRECES.

in penetralibus, quam nemo virorū videret, sol⁹ angelus reperiret: sola sine comite, sola sine teste, ne quo de genere deprauaretur affatu, ab angelo salutatur. *Rm.* Quomodo fiet istud, respondens Maria, quia virum non cognosco, angelus ad hæc: Spiritus sanctus super veniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, alleluia. *Ver.* Ideoq; & quod nascetur ex te, sanctum, vocabitur filius Dei. Spiritus sanctus. *Lectio III.*

Tantum enim mandati mysterium non hominis fuit, sed Angeli ore promendum. Hodie primum auditur, Spiritus sanctus superueniet in te. Et auditur, & creditur. Deniq;, Ecce, inquit, ancilla Domini: contingat mihi secundum verbum tuum. Vide humilitatem, vide deuotionē: ancillam se dicit Domini, quæ mater eligitur, nec repentino exaltata promisso est. *Rm.* Christi virgo dilectissima virtutum operatrix, opem fer miseris: Subueni domina clamantibus ad te iugiter; Alleluia allel. *Ver.* Quoniam peccatorum pondere præmimur, ob hoc te deprecamur. Subueni. Gloria. Alleluia. *ps.* Te Deum. *Ver.* Spiritus sanctus superueniet in te alleluia. *Rm.* Et virtus altissimi obumbrabit tibi, alleluia.

Ad Laudes. āna. Egredietur virga de radice Ies. se, & replebitur omnis terra gloria domini, & videbit omnis caro salutare Dei alleluia. *ps.* Dominus regnavit. *āna.* Angelus Domini nūciauit Mariæ, & concepit de Spiritu sancto, alleluia. *ps.* Iubilate. *āna.* Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum, aperiatur terra, & germinet saluatorem, alleluia. *ps.* Deus,

PRÆCES.

deus. *āna.* Emitte agnum domine dominato-
rem terræ, de petra deserti, ad montem filia
Syon alleluia *ps.* Benedicite. *āna.* Super so-
lium David, & super regnum eius sedebit in
æternum, alleluia. *ps.* Laudate. *Capit.*

Egredietur virga de radice, Iesse, & flos de ra-
dice eius ascendet, & requiescet super eū Spi-
ritus domini. *Hymn.* O gloriosa. *Vers.* Ave Ma-
ria. *cum alleluia: Rm.* Benedicta. *Anna ad Bene-*
dicitur bis. Quomodo fiet istud angele Dei, quia
virum non cognosco? audi Maria virgo, Spiritus
sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obū-
brabit tibi, alleluia.

Oratio.

Deus qui hodierna die Verbum tuū beatæ Ma-
riæ virginis vtero coadunare voluisti, fac nos
ita annuciationis eius festa peragere, vt tibi pla-
cere valeamus. Per eundem Dominum. *Adho-*
ras. Alleluia. Hæc dies quam fecit dominus, ex-
ultemus, & lætemur in ea. *oratio, vt ad Mat.*

Ad Vesperas, Anna de Laudibus, psalmi, de B. Maria.
Alleluia *Vers.* Ave Maria gratia plena, dominus
tecum. *Prosa.* Tu ciuitas regis iustitiæ. *Ad Mag-*
anna, bis dicitur. O virgo virginū quomodo. *orat.*
vt sup. commemoratio de Sancto occurrente. Ad complet.

vt supra. Ad Nunc dim. anna. Alma
redemptoris.

vel Speciosa facta es. ut in vigilia

LAVS DEO.



*Vide folio
306.

PRECES.

deus. *āna.* Emitte agnum domine
rem terræ, de petra deserti, ad m
Syon alleluia *ps.* Benedicite. *āna*
lium David, & super regnum eiu
æternum, alleluia. *ps.* Laudate.

Egredietur virga de radice, Iesse, &
dice eius ascendet, & requiescet su
ritus domini. *Hymn.* O gloriosa. Ver
ria. *cum alleluia: Rm.* Benedicta. *Ad*
dicitur bis. Quomodo fiet istud angel
virum non cognosco? audi Maria vi
sanct^o superueniet in te, & virtus alt
brabit tibi, alleluia.

Oratio.

Deus qui hodierna die Verbum tu
rix virginis vtero coadunare volu
ita annunciationis eius festa peragere
cere valeamus. Per eundem Domini
ras. Alleluia. Hæc dies quam fecit de
ultemus, & lætemur in ea. *oratio, vt c*
Ad Vesperas, Anna de Laudibus, psalmi,
Alleluia Ver. Ave Maria gratia plen
tecum. *Prosa.* Tu ciuitas regis iustiti
anna. bis dicitur. O virgo virginū quor
vt sup. commemoratio de Sancto occurrente.

vt supra. Ad Nunc dim. anna. f

redemptoris.

vel Speciosa facta es. ut in vigilia

LAVS DEO.



*Vide folio
306.

PRÆCES.

deus. *āna.* Emitte agnum domine dominato-
rem terræ, de petra deserti, ad montem filia
Syon alleluia ps. Benedicite. *āna.* Super Co-

Egr
di
ritus
ria. c
dicitur
virum
sanct
brabi

D
ria
ita an
cere v
ras. A
ultem
Ad Ve
Allelu
tecum
anna. b
ut sup




*Vide folio
306.

vel Sp

LAVS DEO.





ΒΙΒΛΙΟΤΗΚΗ ΤΗΣ ΑΚΑΔΗΜΙΑΣ

ΕΠΙΣΤΗΜΟΝΙΚΗ ΒΙΒΛΙΟΤΗΚΗ ΤΗΣ ΑΚΑΔΗΜΙΑΣ

ΕΠΙΣΤΗΜΟΝΙΚΗ ΒΙΒΛΙΟΤΗΚΗ ΤΗΣ ΑΚΑΔΗΜΙΑΣ

Breviarium
Lausannense
1509

ΕΠΙΣΤΗΜΟΝΙΚΗ ΒΙΒΛΙΟΤΗΚΗ ΤΗΣ ΑΚΑΔΗΜΙΑΣ

ΕΠΙΣΤΗΜΟΝΙΚΗ ΒΙΒΛΙΟΤΗΚΗ ΤΗΣ ΑΚΑΔΗΜΙΑΣ

ΕΠΙΣΤΗΜΟΝΙΚΗ ΒΙΒΛΙΟΤΗΚΗ ΤΗΣ ΑΚΑΔΗΜΙΑΣ

ΕΠΙΣΤΗΜΟΝΙΚΗ ΒΙΒΛΙΟΤΗΚΗ ΤΗΣ ΑΚΑΔΗΜΙΑΣ

Rés.
10

ΒΙΒΛΙΟΤΗΚΗ ΤΗΣ ΑΚΑΔΗΜΙΑΣ

